Quelle: https://manuscripta.at/?ID=907
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dixisse credendi sunt ¶ 2m q° dcos iudeorum maiores excecauit malicia
ne vel clare cognoscerent de xpo quod cognoscere poterunt vel vt meis exting-
werent noticia quam habuerunt p° q° qn incepit facere et docere talia que fuerunt contra
eos quo ad honores et lucra et consimilia tunc passionati contra eum passionibus ire-
rancoris et invidie impediebantur ne clare veritatem de xpo cognoscerent vel ne
veritatem precognitam actualiter considerarent vel ad eam attenderent recte sic in
continens propter passionem concupiscibilem advenientem iudicat formicandum cuius
contrarium iudicauit ante passionem vel iudicaret non existente passione i° et vn crisostomus
super mathem Post quam introiuit in templum et vendentes animalia que ad sacrificium
pertinebant eiecit tunc precipue cogitabant eum occidere ne propter doctrinam suam populus
dimitteret consuetudinem hostiarum ad eorum lucrum pertinentium vn et xps de ipsis
allegat prophetiam ysaye vi cap° dicentis Auditu audietis et non intelligetis et vide-
tes videbitis et non videbitis incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter
audierunt et oculos suos clauserunt ne quando videant oculis et auribus audiant et corde
intelligant et conuertantur et sanem eos ¶ Ex hiis patet quid dicendum sit ad auctoritatem apli
prima cor 2° pallegatam et ad hoc quod actuum 3° dicit beatus petrus fratres scio quod
per ignorantiam fecistis hoc sicut et principes vestri et luce 23 dicebat ihs pater dimit-
te illis nesciunt enim quid faciunt Intelligitur enim de ignorantia vel nescientia
quam excecante eos malicia habuerunt vel quam post veritatem agnitam incurrerunt
ad quam et occasionem dabat obscuritas scripturarum que varie poterat exponi et ideo
facile mouebantur ad exponendum eas conformiter desideriis suis vn ecclesiastes
videtur quod notum quam a principio de xpo conceperunt non erat multum euidens sed probabi-
lis et verisimilis coniecturaliter quod tunc clara et certa fuisset si malicia eorum et precipue
auaricia eos non excecasset et hec est passio communis omni carnalium sacerdotum
vt tangit crisostomus vbi supra qui non querunt vt populus offerat deo sacrificium iusticie
que ad gloriam pertinet dei sed hostias que ad suum pertinet lucrum ¶ vn s. tho.
parte vltima q. 4a ar. 4° in responsione ad primum argumentum respondendo ad auctoritates Jo. Cris.
et Bede dicit quod potest responderi quod cognouerunt eum esse filium dei non per naturam sed per excellen-
tiam gratie singularis subdit possumus tamen dicere quod et verum filium dei cognouisse dicuntur
quia euidencia signa huius rei habebant quibus tamen assertire propter odium et inuidiam vo-
luerunt vt eum recognoscerent esse filium dei etc. **Secundum dubium**

¶ 2m dubium

An aliqui crucifixorum xpi poterant a peccato per ignorantiam excusari et videtur
quod sic precipue de gentilibus quia ioh xv dixit xpus Si non venissem et locu-
tus eis non fuissem peccatum non haberent Sed xps non venit ad gentiles nec
eis loquebatur. Iuxta illud mt xv non sum missus nisi ad oues que perierunt domus
israel etc. In oppositum est illud apli prima cor xiiij Si quis ignorat ignorabitur
etc. ¶ Secundum sanctum alexandrum de hal parte 3a q. 2a ar. 4° quod est ignorantia facti et est